

fiæ cęremonias ab ipsis apl'is traditas, & ad hoc usque
seculum seruatas tollunt: & nouas quasdam ab illis ex
cogitatas inuehunt. Sacramenta ecclesię minuunt, quo
pauciora peccatorę antidota illa retineat. Vt autē nihil
utile se ecclesię detraxisse persuaderent, sacramentorę
uirtutem, atq; potentiã negantes uenenũ ueneno addi-
derunt. Totius cleri cęlibatum tollunt. Vota oĩa deo fa-
cta uiolare docēt. Omnem monachatus religionem ab
ecclesia reñciunt. Oēs laudes, quas uoce, aut musicis in-
strumentis ecclesia in teplis deo dicatis, statis horis deo
cantare solebat, a' suis tēplis procul relegarunt. Hic de-
nique unus eorę omnium scopus fuit, ut totum ecclesię
ordinem a xpo ipso saluatore nostro institutum, & ab
eius apostolis ad hoc usque seculum obseruatum euertere
possent, & nouam quandã nobis fingerent ecclesiã,
talem, ac tam male institutam, tamq; deformem, ut tu
christianissime Imperator pro tua prudentia, & bonita-
te, non patereris talem esse ullam quamlibet temp. tibi
subiectam. Quod autem tam anxie optauerunt, Deo p-
mittente, & dęmone illorum patre, improbe sollicitate,
magna ex parte (proh dolor) assecuti sunt. Nam uirulen-
tum eorum dogma, quod, Paulo teste, ut cancer serpit,
tam sæue, atq; potēter grassatum est, ut uix ulla sit iam
christiani nominis prouincia, cuius pars aliqua non sit
hac peste infecta. Vt autem his tam truculentis, & mor-
tis auidis hostibus occurreretur, multi uiri catholici, &
docti ex toto orbe christiano se opposuerunt pro muro
ecclesię, qui uerbo, & scripto contra mortiferas eorum
doctrinas acerrime pugnarunt. Scripsit primus omniũ
uir doctissimus Ioannes Echius multa contra illos uo-
lumina, qui cum ipso huius factionis principe Luthe-
ro primus etiã publice disputauit. Scripsere deinde Ioã-
nes Faber Viennensis episcopus, Gaspar Sagerus ordi-
nis minorum, Ioannes Cochleus, Conradus Rolin Vi-
mensis, Ioannes Deiternbergius, Conradus Vuimpinē-
sis, Hieronymus Enser, Ioannes Mensingus, aliq; multi

*Historia
ecclesię
p. 1. c. 1.*

*Historia
ecclesię
p. 1. c. 1.
Lutheri
Lutheri
Lutheri*